



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Diuinatio inquantum diabolico innititur auxilio, peccatum mortale est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

116 Dispensatio.

de detractione materialiter dictum est) antequam
iudicium feratur de mortali peccato.

Dispensatio non debet esse leuis & absque causa rationabili.

Dispensare in lege siue voto, & similibus absque
rationabili causa, peccatum est: quia actus est
voluntarius, dissensus rationi rectae. Est autem venia-
le huiusmodi peccatum in paruis.

In iis autem quæ notabilia sunt considerandum
est, si aliquid interuenit contra diuinæ præcepta seu
bonos mores, vel non: & sic iudicandum est de mor-
ali, vel non mortali. Verbi gratia: si absque rationa-
bili causa dispensetur quis, ut habeat multas Eccle-
sias, & patet aut creditur, vel probabiliter dubitatur
inde prouenire, quod Ecclesiæ priuantur debitibus curis
animatorum, peccati mortale proculdubio incurritur:
quia contra diuinum ius est, ut priuetur Ecclesia de-
bita cura animatorum. Et similiter si absque rationabi-
li causa dispensaretur: ut multa Ecclesiastica benefi-
cia cum excessiuis prouentibus unus haberet, peccati
mortale est, quia cōtra naturale ius est: ut cōmunia
bona (qualia sunt beneficia Ecclesiastica) ita iniquè
distribuantur, ut unus ebrius sit, & infiniti esuriant.

Idem autem est iudicium de dispersione in voto
seu iuramento: quia ex diuino iure obligant. Nec est
tutus in conscientia quò ad Deum, qui dispensatur,
in istis sine rationabili causa etiam à Papa motu pro-
prio, & certa sciētia, & de plenitudine potestatis: quia
Papa non habet potestatem in destructionem: sed
ædificationem corporis Christi.

*Diuinatio in quantum diabolico innititur
auxilio, peccatum mortale est.*

Diuinatio, pro quanto significat indebitam usur-
pationem cognitionis futorum eventuum, vel
præcog-

præteritorum, aut præsentium occulitorum, peccatum est: quia contra rectam rationem est. Et est ex suo genere mortale inquantum dæmoniaco innititur auxilio. Contingit tamen frequenter esse veniale proper imperfectionem actus. Vel quia actus dæmoniacus non est secundum se, nec ex intentione tacita vel expressa exercentis illum: ut contingit in multis vanis, puta libro fortunæ, omnibus, &c. Vel quia non patetur actus dæmoniacus: ut contingit in multis, in quibus sola vanitatis deformitas appetet: puta in aperitione librorum, & similibus, quæ ex fortuna, seu casu creduntur. Pro generali siquidem regula habendum est, quod ubi nulla interuenit dæmonis inuocatio, nec explicita, nec tacita, & non est mala intentio, non incurrit mortale peccatum. Excluditur autem tacita dæmonis inuocatio, quando nulla re aut verbo quis vtitur, ut instituta ab aliqua secreta causa: quod tunc fieret, quod quis vteretur aliqua re aut verbo, quasi habente virtutem ad effectum aliquem, ad quem constat: nec naturalem nec diuinam habere virtutem. Tunc enim tacite consentit in dæmoniacum auxilium: quia ad virtutem illius tacite recurrit, dum sic vtitur re aut verbo illo. Vbi quoque tacita interuenit dæmonis inuocatio, si cognita aut credita, aut dubia est, peccatum est mortale: ut patet. Si vero ignota est, & cum hoc si crederetur esse, non fieret, non est mortale peccatum: quia propriè loquendo non inuocat iste dæmonem tacite, nisi materialiter & inuoluntariè: quod non facit hominem socium dæmoniorum. Et iuxta has regulas iudica etiam sortes.

*Doctorari non potest quis insufficiente
ciens absque peccato.*

Doctorum fieri aut facere insufficientem, notabiliter peccatum est: quia actus voluntarius careat

H 3 debita